



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Ex Antheri Quinti Pontificis Epistola de translatione Episcoporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

DE PRINCIPALITATE
BAPTISTAEGNATIVS RO
manorum Principum lib. 1. de Nerone.

Primus Christianum sanguinem Petro & Paulo interfectis, haesit.

Ireneus aduersus haereses Valentiniiani & similium lib. 3. cap. 3.

Sed quoniam ualde longum in hoc tali uolumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones, maxime & antiquissimae & omnibus cognitae a gloriosissimis duabus Apostolis Petro & Paulo Romae fundatae & constitutae Ecclesia eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem per successiones Episcoporum peruenientem usque ad nos, confundimus omnes eos, qui quoquo modo uel per sui placentiam malam uel uaniam gloriam uel cœcitatatem & malam sententiam praeterquam oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiores principaliatatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui ubique sunt fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conseruata est ea quæ ab Apostolis est traditio. Fundantes igitur & instruentes Beatii Apostoli Ecclesiam &c.

Ex Antberi Quinti Pontificis Epistola
de translatione Episcoporum.
Petrus

ROMANAECCLESIAE:

PETrus Sanctus Magister & Princeps Apostolorum
de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam,
ut ibidem proficere posset.

LEX PRIMA. C. DE SVM.

Trinit. & fide Catholica.

Vnctos populos quos Clementia nostra regit Imperium in tali uolumus Religione uersari, quam Diuum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio usq; adhuc ab ipso insinuata declarat.

Impudentissimum nunc pie Lector mendaciū depræhendere potes, affirmantū Petrum nunquam fuisse Romæ. Ita ut nescias maior ne sit uanitas calumniantium, quam stulticia credentium.

CVM SOLA ROMANA ECCLESIA Catholica & Apostolica sit, et in primitua Ecclesia pro Catholica & Apostolica habita, necessario colligitur eam esse Principalem.

Diuus Ambrosius XXIII. q. I.

A Duocauit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum, nec ullam putauit ueram nisi uerae fidei gratiam, percutitusq; est ex eodem, utrum ne de Catholicis Episcopis esset: hoc est si cum Romana Ecclesia conueniret.

C ii Optima